

reddere^a unicuique ex corde postulanti benedictionem. Omni¹ tempore summum^b silentium in ecclesia fiat excepto hoc, quod ad aures Dei pertinet. Nulla^c ex sororibus aliam puro nomine appellet^d, sed priores in ordine posteriores sororum nomine, ille vero priores domnas vocent; abbatisam autem dominam et matrem vocent. Iuramentum aliud nullum^e proferant nisi: 'Crede² mihi', quod^f in evangelio legimus Dominum mulieri^g Samaritane affirmasse, aut: 'Certe' seu^h aliud, quod virginum est consuetudo iurandi. Si sororⁱ increpatur a priore qualicumque^k vel certe a posteriore reprehenditur pro qualibet re, statim cum summa velocitate^l cadens veniam postulet, quia haec humilitas nulli^m nisi Deo exhibeturⁿ et, si ex corde fuerit^o, cito^p veniam promerebitur. Cum^s autem in capitulo increpatur, si, antequam veniam postulet, loquuta fuerit, uno ictu baculi sive verberis emendabitur. Oportet^{q.4}, ut obediens omnino^r sibi sint invicem, quia ipsa obedientia, si recto corde^s agitur^t, Deo offertur, ipsa est via^{u.5}, quae ducit ad vitam. Citius enim exauditur una oratio obediens quam decem milia^v contempnentis. Cum vero se^w obviant sorores^x, si^y tempus loquendi fuerit vel extra monasterium, ubicumque^z dicat soror^a priori, inclinato capite: 'Benedicite^b'. Transeunte priore^c surgat posterior^d, (fol. 101)

a) reddere — benedictionem] unicuique postulanti paratus reddere rationem' B. b) 'summum — fiat] in ecclesia summum silentium teneatur' B. c) 'nulla — aliam] et nullus ex fratribus alium' B. d) 'appellet — vocent] aliquando audeat appellare, sed, sicut decet, seniores minores suos fratres nomen, iuniores vero seniores suos nonnos, quod est paterna reverentia; abbas autem dominus et pater ab omnibus vocetur' B. e) 'nullum proferant] nemo proferat' B. f) 'quod] sicut' B. g) 'mulieri' deest B. h) 'seu aliud -- iurandi] aut sane' B. i) 'soror increpatur] frater increpetur' B. k) 'qualicumque — re] qualibet de causa aut ab alio quolibet etiam minore' B. l) 'velocitate] in faciem suam' add. B. m) 'nulli nisi' desunt B. n) 'exhibetur] non homini' add. B. o) 'fuerit] fiat' B. p) 'cito veniam] indulgentiam' B. q) 'Oportet] autem ante omnia' add. B. r) 'omnino — quia] sibi invicem sint et' B. s) 'corde] omnino' add. B. t) 'agitur' deest B. u) 'via' deest B. v) 'milia] mille' B. w) 'se] sibi' B. x) 'sorores] fratres' B. y) 'si — monasterium' desunt B. z) 'ubicumque] ubique' B. a) 'soror — capite] iunior seniori' B. b) 'Benedicite] si iunior sedeat' add. B. c) 'priore] seniore' B. d) 'posterior — prior] et si senior' B.

1) Zu 'Omni tempore — veniam promerebitur' vgl. Mem. Bened. p. 67.
 2) Cfr. Johann. 4, 21. 3) 'Cum autem — verberis emendabitur' aus unbekannter Quelle. 4) Zu 'Oportet -- faciendum' vgl. Mem. Bened. p. 68. 5) Cfr. Johann. 14, 6.